



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 30. Tumultus, Papa mortuo, Romæ excitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. suis (\*) unde eorum affectu captus non-  
 A. C. 1492. nunquam, quæ æquitati parum conso-  
 na erant, egisse perstringitur.

## §. XXX.

*Tumultus, Papa mortuo, Romæ  
 excitati.*

Post hæc Cardinales, qui salubrioris  
 aeris gratia æstivo tempore ruri age-  
 bant, Romam reduces de Successore e-  
 ligendo conveniunt; ast non sine stupo-  
 re urbem conspiciunt infimæ fecis ho-  
 minum licentiæ expositam, qui spoliatis  
 ædibus plateas cædibus ac strage impu-  
 ne funestabant, adeo, ut Magistratus ne  
 hiscere quidem auderent, tumultuantis  
 populi furorem veriti. Præterea scele-  
 rati pro eo, quod preces ac pia suffragia  
 offerrent, in Pontificem recens defunctum  
 maledicta effundebant, inhumanamque  
 ejus erga pauperes agendi rationem ex-  
 probrabant. Cardinales, ut ejusmodi  
 insolentias compescerent, palatii Aposto-  
 lici custodiam demandant Garcilasso Tar-  
 ragonensi Archiepiscopo, Viro tuam no-  
 bilitate generis, quam consummatæ pru-  
 dentia

(\*) Onuphrius tamen de Innocentio re-  
 fert: *Consanguineis parvum amoris indicium  
 monstrans eos opibus extollere non curavit.  
 In vita Innoc. VIII.*

dentiae merito longe nominatissimo; cujus Sæcul. XV.  
A.C. 1492.  
opera jam olim pax inter Innocentium VIII. & Neapolis Regem constituta, & evoluta post tempore Asculorum seditio repressa fuit, hinc in meriti præmium a defuncti Pontificis successore Romanæ urbis Præfectus renunciatus est.

Interea justis de more Innocentio nonnisi die octava Augusti persolutis, ac re divina præsentibus Cardinalibus peracta, Bernardinus de Carvajalo Carthagenæ Episcopus, ac Regis Hispaniæ Legatus orationem declamabat, quæ ab omnibus communi applausu deprædicata est, adeo, ut complures, qui dicentem exceperant, censerent, Cardinales oratoris eloquentia captos ejusdem nationis Virum abs dubio Cathedræ Apostolicæ subrogaturos, nec vanum fuisse horum augurium eventus decuit.

His peractis Cardinales numero viginti tres solemnibus supplicatione instituta Conclave ingrediuntur, inter quos Maphæus Gerardus supremus religiosæ Camaldulensis familiæ Moderator, qui Anno millesimo quadringentesimo octogesimo nono ab Innocentio purpura decoratus fuerat, Romam accessit, ut accepto Cardinalium galero cum ceteris Conclave ingrederetur, etiamsi multo senio

Sæcul. XV.  
A. C. 1492.

confectus, ac podagræ doloribus cruciatu-  
tus, pedum ministerio penitus destitutus  
esset. Ergo Purpurati ad capellam, quæ  
a Sixto Papa nomen trahit, conveniunt,  
& conclavis custodiam Regum Oratori-  
bus committunt, cum autem per vicos  
& urbis compita fures, assassini, atque la-  
trones undique grassarentur; hinc inte-  
gras militum centurias advocare, ac tor-  
mentis bellicis vias munire compelleban-  
tur, ut eorum palatia petulantium dire-  
ptioni eriperentur, qua etiam provida sol-  
licitudine Cardinales furentium insultus  
effugerant. Præterea Palatii Vaticani  
plateæ densis intercludebantur cancellis,  
quos ex adversa parte milites munie-  
bant, cum interea equites summorum  
Pontificum præsidarii continuo totum  
Palatii circuitum lustrarent.

§. XXXI.

*Cardinalis Borgia in Papam  
electus.*

Leonellus in oratione funebri, quam in  
Innocentii VIII. laudem præsentato  
Cardinalium confessu dixerat, Pur-  
puratos hortabatur, ut eligerent Pontifi-  
cem moribus purum, cujus omnis ætas  
ad exemplum S. Leonis I, cuncta virtu-  
tum stipendia emeruisset, cuique testi-  
monium præberet integritas vitæ, eique  
non nisi